

De

Quod cum seruus missus esset hora cene dicere inuitatis ut venirent
 ceperunt simul omnes excusare. Primus dixit. Villam emi et ne-
 cesse habeo exire et videre illam. rogo te habe me excusatum. Glosa.
 Augustini. In empti villa dominatio notatur et supbia. habere
 em villam homines possidere. homine sibi subdere. viciu malū viciū
 primū. Primus em homo dominari voluit qui dñm habere noluit.
 Alter dixit iuga bouum emi quinqz et eo pbare illa. rogo te habe
 me excusatum. Quinqz iuga bouum sunt quinqz que annexa sūt auar-
 ris. qui per boues intelliguntur. Auarus em sicut bos terram per
 curas rimatur et versat. primū iuguz est labor in inquirendo. scdm
 est difficultas in inueniendo. terciū est cura in seruando. quartum
 anxia delectatio in possidendo. quintū dolor in perdendo. et qdlibz
 istoz duplici pressura grauat corpus et animam. De his quinqz
 iugis dicit Prosper in libro de contemplatiua vita eis q militant
 deo. fugiende sūt ex toto corde diuicie. quas qui habere voluerint
 sine cura nō seruant. sine anxia delectatione nō possident. sine do-
 lore nō pdunt. Tercius dixit vxorē duri et ideo nō possuz venire
 Glosa quia multi nō ppter secunditatem sed ppter desideria carnis
 vxores ducunt. Ideo per rem istam carnis voluptas designatur.
 ppter quam ad cenam dei recusat venire fastidiosus. Rogate ergo
 dñm ut sic superbiam auariciam luxuriam fugiamus. ut ad cenā
 suam cum electis omnibus veniamus.

Dñica tercia post octa Penthe. fmo lvii.

Congratulamini mihi qz inueni ouem ꝛ. Luc. 15. Btūs Au-
 gustin⁹ de pnia sic inqt. Rogo vos fratres hñi. ut si forte aliquis
 ex vobis calliditate dyaboli superatus fuerit et capitalibus crimini-
 bus inuolutus. de dei misericordia non desperet. sed cito de malo
 iniquitatis sue asurgat. ne asuetudine peccandi in ipsis peccatis
 se sepeliat. nam ut de indulgentia diuina nemo diffidat. dominus
 nos p prophetam velut piissimus pater consolatur dicens. Nolo
 mortem mœientis sed ut conuertatur et viuat. sed forte cogitat
 aliquis tam graua se comisisse peccata ut dei miam promereri nō
 possit. absit hoc a sensibus omnium peccatorz. nemo ergo nec post
 centū peccata n̄ post mille crimina de diuina misericordia desperet. qz
 ipse peccatores recipit et manducat cū eis. hec Aug⁹. Non solum
 hoc facit sed ad angelos dicit. Congratulamini mihi ꝛ.

Congratulamini mihi quia inueni ouem meā que pierat
 Congratulamini mihi quia inueni dragmam quam per-
 dideram. Luc. 15. In pñti euangelio hm moralē sensum
 quatuor sunt notanda. Primum est quid per centū oues et decem
 dragmas intelligatur. Scdm est quid p ouē centesimā et dragmā